

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De suspensione, & reualidatione indulgentiarum & facultatem facta à
commissario. 10

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

154. n. 18 Rodriguez §. 9. Cruciata. n. 99. Acosta de Adrade q. 43.
Anton. Gomez claus. 11. n. 5.

15. Finito anno publicationis, expirat potestas communandi, sicut, & omnia alia privilegia *ibidem* concessa: quippe pro solo eo anno conceduntur. Huic tamen cessationi non obstat, quod si Confessarius electus tua vota, durante anno, commutatur, in illud subisditum, quod ipse, vel alius vir doctus iudicauerit expedire, non possit. Confessarius, vel ille vir doctus, finito anno, designate subisditum, in quo votum pateritum subrogatur: haec enim designatione non est commutatio voti, sed complementum communicationis ante facta. Sic Sanchez lib. 8. de matr. disp. 15. m. 15. & lib. 4. Decal. c. 4. n. 31. Sayo in claus. regia, libr. 6. c. 12. n. 21. in fine. Graffis 1. part. decif. lib. 4. c. 15. n. 47. Rodriguez in addit. ad Bullam. §. 9. n. 115. Villalob. claus. 9. n. 41.

16. Tria illa vota castitatis, religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ, que ab hac commutandi facultate eximuntur, debet esse absolute, & omnino perfecta, non conditionalia, & limitata. Vnde votum castitatis debet esse castitatis integræ, & perpetuae, non pro lenitate tempore. Votum item religionis debet esse religionis propria. Votum denique peregrinationis debet esse factum causa devotionis illorum locorum, alias non censentur excepta, sed poterunt virtute Bullæ commutari, ut docent Doctores statim referendi. Etenim illa exceptio votorum odiosarum est, ut vepote facultatis generalis commutandi restriktiva: debet ergo strictè interpretari, a proinde de solis votis absolutis, & perfectis, castitatis, religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ intelligenti. Addes. Bullæ Cruciatae priuilegio intendit Pontificis, quando votorum communicationem, præter vota, que sibi specialiter reseruerat, omnia alia Confessario concedere, sicuti Episcopis iure ordinario concessa sunt, ut bene docent Say. in claus. regia, lib. 6. c. 11. & n. 72. Suarez libr. 6. de voto, c. 26. n. 17. Sanchez plures referens lib. 8. de matr. disp. 15. à n. 3. & lib. 4. sum. c. 54. n. 19. At Pontifici soli sunt referenda vota absoluta castitatis integræ, & perfectæ, religionis propria, peregrinationis Hierosolymitanæ ex devotione, ut dixi tract. de voto, disp. 15. part. 11. Ergo haec tantum à priuilegio Bullæ excipiuntur, sicuti excipiuntur à potestate ordinaria Episcoporum.

P N C T Y M X.

De suspensiōne & reuelatione Indulgenciarum, & facultatum facta à Commissario.

1. Statuitur potestas Commissarii.
2. Non suspenduntur facultates iure ordinario Episcoporum competentes.
3. Neque indulgentia ab ipsis Episcopis concessa.
4. Neque facultates in corpore iuriis insertæ.
5. Neque facultates, & priuilegia omnino dissimilata.
6. Neque facultates, & priuilegia Superioribus Mendicantium quoad Fratres.
7. Qui suspendantur in omnium sententia.
8. Aliqui affirmant, facultates absoluendi, & dispensandi Religiosis concessas in ordine ad facultares suspendi.
9. Veritas est non suspendi.
10. Difficiuntur fundamento oppositum.
11. Que ex supra dictis sententia insinuantur.
12. Non sicut gaudent Religiosorum priuilegia.
13. Cessat dubium in usu facultatum Religiosis concessarum, si Religiosus, vel secularis sumat Bullam.

1. Constat ex tenore Bullæ concedi Commissario facultates, & suspendere possimus anno publicationis Bullæ omnes similes, aut dissimiles Indulgencias, & facultates à sede apostolica, vel eius autoritate quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, piis locis, Vniuersitatibus, Confraternitatibus, singularibus personis, & regnis, in solis terris, locis, & dominiis Regis Philippi, etiam in favoem fabrice Basilicae Principis Apostolorum de urbe, vel alterius filii Cruciae, si quæ in regnis, terris, insulis, & dominiis praefatis receperit adhuc durant, concessas huiuscmodi, etiam si clausulas aliquas contra suspensionem facientes continent, ita ut interim, neque praedicari possint, neque publicare cuiuscum hominum communiter, vel diuissim suffragetur, exceptis tamen concessis mendicantium Ordinum Superioribus, quoad eorum Fratres tantum. Item, conceditur facultas Commissario, ut per se, vel per alium, seu alios, quando, & quoties sibi videbitur, Indulgencias, & alias gratias per eum suspensas in favoem illorum, qui praesentium gratiarum in hanc causam pro Religionis defensione concessarum participes effecti fuerint realitatem absque aliquo praemio possit. Et ita Commissarius suspendit omnes dictas Indulgencias, & facultates, & iterum eas reuidentur sumentibus.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars IV.

Bullam in haec verba: *Y nos el dicho Commissario general de la Santa Cruzada para que tan santa obra no se impida, ni ceso por otras indulgencias suspendemos*, durante el año de la publicación, y predicación de las rotas, y qualequier gracia Indulgencia, y facultades semblerantes, a diferentes concedidas por su Santidad, o por los sumos Pontífices sus antecesores, o por la Santa Sede apostólica, o por su autoridad en todos los dichos reynos, y señores de la magestad a todos, y qualequier Iglesias, Monasterios, Hospitales, o otros lugares piados, Vniverstidades, Cofradías, y singulares personas, aunque las ducas gracias, y facultades sean en fauor de la fabrica de San Pedro de Roma, o otra semejante Cruzada. Y aunque todas o qualchequier de las tengan clausulas contrarias a esa suspencion, anque para las ganar, y publicar se ayda licencia nuestra. Por manera que durante el año de la publicación y predicación de esta Bulla, ninguna persona pueda ganar, ni gozar de algunas otras gracias, Indulgencias, y facultades, ni se puedan publicar, excepto las concedidas a los Superiores de las Ordenes mendicantes, en quanto a sus Frailes, y en favor de esta dicha Bulla, por la misma autoridad apostólica declararon, que los que tomaren esa presente Bulla, puedan gozar, y gozen de todas las gracias facultades, Indulgencias, Jubilos, y perdones y remisión de pecados, que les ayan sido concedidos por nuestro muy Santo Padre. Ny por otros sumos Pontífices pasados de felice recordacion, o por la Santa Sede apostólica, o por su autoridad comprendidas en la dicha suspencion, las quales en virtud de la dicha comisión apostólica reuidentamos, y por la misma autoridad apostólica suspendemos el entredicho, si le hubiere en qualquier lugar, donde se hiciere la publicación, y predicación de esta Bulla por echo dias antes, y echo despues, segun que en la Bulla de su Santidad se contiene.

2. In hac suspensiōne, & reuidentione sunt aliqua omnino certa, alia sub opinione. Primi certum est, non suspenduntur facultates absoluti, & dispensandi, & commutandi vota, que Episcopi iure ordinario competit, vel extraordinario, quamcumq; a Sede apostolica delegatis: quia haec facultates, esto, autoritate Sedis apostolicae concessae sunt, sunt tamen concessae ex delegatione generali, & per modum statuti, & non singularibus personis; sed carum dignitati; ac proinde non comprehenduntur in hac suspensiōne, ut est praxis recepta, & docent omnes.

3. Secundū, non suspenduntur Indulgencias, & facultates, quas Episcopi aliquibus locis piis, vel personis concedent: quia haec non sunt immediatè concessa autoritate apostolica, sed authoritate Episcopali: & Commissarius solus habet potestatem suspendendi Indulgencias, & facultates à Sede apostolica, vel eius autoritate immediatè dimanantes: & notauit Henrīq. lib. 7. de Indulg. c. 29. num. 2. Villalob. claus. 12. num. 17.

4. Tertiū, neque suspenduntur priuilegia, & facultates in corpore iuriis insertæ, siue sint similes, siue dissimiles Cruciatae priuilegiis: sive enim per modum legis, & statuti concessæ: Commissarius vero suspendit, quæ ex speciali Sedis apostolicae delegatione conceduntur. Præterquam quod priuilegia in corpore iuriis insertæ non derogantur per clausulas generalem non obstantibus, nisi eorum fiat expressa mentio, ut docuit Barr., cummiserit receptus in Extrauag. Ad reprimendum, verb. *Nor obstantibus* qu. II. Atque ita docet in præfeti Rodríg. §. 12. Villalob. claus. 12. n. 14. & 15.

5. Quartū, non suspenduntur priuilegia, & facultates Vniuersitatis, priuariisque personis concessæ, quæ omnino sunt dissimiles iis, quæ in Cruciata concessuntur, quales sunt facultates teñadi, celebrandi in altari portatili, ingrediendi Monialium Monasteria, &c. quia haec Bullæ Cruciatae visum non impedunt. Neque obstat, Commissarius suspendere gratias, & facultates non solim similes, sed dissimiles: quia intelligi debet de iis, quæ solim quod modum aliquem sunt dissimiles; non vero quoad substantiam. Præterquam quod potest intelligi suspendere omnes facultates, & priuilegia similia, & dissimilia, que occasione imperante Indulgencias fuerint concessæ, sicuti in simili docuit Nauart. de Lubil. notab. 33. num. 2.

6. Quintū, non suspenduntur gratias, & facultates, Superioribus Ordinum mendicantium concessæ quoad eorum fratres: quia haec a suspensiōne excipiuntur.

7. E contra vero suspenduntur, nec publicari poterunt Indulgencias, & facultates concessæ Hospitalibus, Monasteriis, locis piis, Confraternitatibus &c. His enim solent Indulgencias concessæ pro visitantibus tali, vel tali die Ecclesiam, vel altare, pro offerentibus sacrificium. Haec enim omnes suspenduntur, neque obtineri possunt. An autem suspendantur comparatione Religiosorum mendicantium, si eorum Monasteriis concessæ sunt, postea examinabimus.

Secundū, & certius suspenduntur concessæ singularibus personis aliquam imaginem deferentibus, vel aliquid in illius honorem recitantibus: quia haec Indulgencias non, sive specialiter in Religiosorum favoem concessæ, sed omni populo Christiano communes: quod maximè verum habet, quando ha-

Indulgencie fuerunt concessæ ad instantiam alieius Principis. Nam, si hæc indulgentia ad instantiam Superiorum Ordinum mendicantium concessæ sint, probabile tener Ioan. de Salaz. in Manuscr. in Cruci. qu. 25. post med. comparatione Religiosorum mendicantium non suspendi & fauent Rodriq. §. 12. n. 4. & Villal. clau. 12. n. 5. dicentes quod Mendicantes non suspendi Indulgencias, eorum Monasterii concessas pro eorum Ecclesiæ visitantibus.

Terio, suspenduntur, si quæ facultates sunt aliquibus Ecclesiis, monasteriis, vel singularibus personis celebrandi ante autoram, vel post meridiem, assistendi tempore interdicti diuinis, celebrandi, vel faciendi celebrare in Oratorio priuato, eligendi Confessorem quod peccatorum abolitionem, vel votorum communionem, &c. quia haec, ut pote omnino similis iis, quæ in Cruciatæ conceduntur, obstant maximè eius expeditioni. Verum haec omnia, quæ à Commisariis suspenduntur, iterum revalidantur sacerdientibus Bullam, ut constat ex Bullæ clausula: *Ne Bullam suscipientibus villa gratia desit.* vni tantum omnes Doctores. Hæc sunt certa.

8. Dubium tamen questionis est, an suspendantur potestates, quas Religiosi obtinent comparatione facultatum, absoluendi à referatur, & vota communandi: ita vt si nec Religiosus, nec facultatis Bullam habent, nequeant illa potestate vti? Affirmant suspendi Nauart. lib. 5. cons. 2. edit. de priu. conf. 16. n. 1. Ludouic. Lop. 2. p. in br. conf. vbi de clauibus. c. 2. col. 10. Rodriq. Cruciat. §. 12. n. 4. Mouentur ex clauibus Bullæ, qua Commisarius omnes Indulgencias, gratias, & facultates concessas Monasterii, Vnueritatis, & singularibus personis, suspendit, exceptis concessis Ordinum mendicantium Superioribus quod corum Fratres tantum: fed illa facultates absoluendi, & communandi vota sunt concessæ Monasteriis, ex quibus Religiosorum Ordo constitutus, atque sunt concessæ singularibus personis eorumdem Religiosorum autoritate apostolica. Ergo centenar suspensa. Et confirmari potest ex exceptione facta: illa enim exceptione contineri debet sub regula, atque adeò sub suspensione facta, sed excepti à suspensione facta Indulgencias, & facultates absoluendi, dispensandi, & communitati concessas Superioribus Ordinum mendicantium quod corum Fratres. Ergo relinquentur suspensione quod facultates. Deinde Pontifex specialiter fauere voluit Religiosis mendicantibus: siquidem eos excipi à suspensione generali facta. At, si facultates, & Indulgencias Religionibus concessæ non suspenduntur, qui fauor sit Mendicantibus: quandoquidem non Mendicantes Indulgencias, & facultates sibi concessas retinent?

9. At tenendum est, nequamquam suspendi prædictas facultates: quippe non sunt concessæ vni, vel alteri Monasterio, sed toti Religioni in commune fidelium bonum. Bulla autem solit videtur suspendere, que singularibus Monasteriis, Vniveritatis, pili locis, & singularibus perlornis, quæ tales sunt, conceduntur. Ergo prædictas facultates non suspendit. Atque ita docent expreße Emmanuel mutatis sententiam additio[n]ib[us] ad Cruci. §. 12. n. 4. & qq. regul. f. 1. q. 61. art. 14. Henr. lib. 6. d[icit] penit. c. 16. n. 7. & lib. 7. de Indulg. c. 28. n. 7. & in comm. lit. Z. Sanch. l. 4. sum. c. 1. in fin. Cillal. claus. 12. n. 4.

10. Neque obstat contrarium fundamentum: negandum enim est, excipi à suspensione Indulgencias, & facultates absoluendi, & dispensandi concessas Religiosis ratione status: quia haec potestates, tam mendicantibus Religionibus, quam aliis non mendicantibus competentes sub suspensione generali comprehendere non erant, ut pote que in bonum communione Ecclesiæ sunt concessæ, & putes ex illis iure approbata. Ille ergo facultates, & non alia, conferi debent suspensione, quæ singularibus Monasteriis, vel perlornis particularibus concessæ sunt, ut vero, quæ toti Religioni conceduntur, & singularibus perlornis, non quæ tales, sed, quatenus illius Religionis membra perfitunt. Neque inde infertur, non fieri speciali præiugium Mendicantibus in illa exceptione: fit utique: quia ex vi illius exceptionis non suspenduntur Mendicantibus Indulgencias, facultates, & gratiae concessæ singularibus Monasteriis ad instantiam suorum Superiorum, que tamen non Mendicantibus suspenduntur.

11. Ex dictis colligitur, non suspendi potestatem, quam habent plures Religiosi suspendendi generale interdictum in suis Ecclesiæ pro aliquibus Festiuitatibus: quia haec potestas non singulari Conuentui, sed toti Ordini est attributa, quæ in prædicta suspensione generali non concinuntur: & tradit. expreße Villal. tract. 22. Bullæ, claus. 12. n. 8. Secundò, colliguntur Indulgencia illas, quæ non alicui Monasterio, vel loco p[ro]p[ri]o, seu imaginè annexantur, sed omnibus Religiosis, quæ tales sunt, conceduntur, suspensione prædicta non comprehendenda, atque adeò tam Mendicantes, quam non Mendicantes eas obtinere posse: quia haec directe statui religioso conceduntur, & inde ad singulos Religiosos deriuantur, ex Sanch. & Villal. lsc. alleg. Tertiò, si solas cas facultates, & gratias, ac indulgencias prædictæ Bullæ clauilia suspendi, que Monasteriis singularibus, vel pili locis fuerint concessæ. Has ergo, secula

bullæ, non poterunt Religiosi non mendicantes obtinere: at mendicantes eas obtinere poterunt, quia Superioribus suis, id est, ad corum instantiam fuerunt concessæ: sed Bulla excipit, quæ concessæ fuerint Superioribus Ordinum mendicantium quod corum Fratres. Quod si non mendicantes communicationem habent in priuilegiis cum mendicantibus, eadem Indulgencias, & facultates poterunt obtinere, sicuti, ut probabile, defendit Villalob. claus. 12. n. 11. aduersus Rodriq. §. 11. n. 15. Neque inde licet colligere exceptionem mendicantium esse inutilem, quandoquidem non mendicantes etiam excipiuntur: qui non excipiuntur per se, sed per accidens ex priuilegio communicationis distincto: quod forte non omibus non mendicantibus competit. Quæ dicta sunt de Religiosis, intelligi debent de monialibus quæ verè Religiosæ sunt, ut bene notauit Rodriq. §. 12. n. 9. Villal. claus. 12. n. 11.

12. Duo existim certa. Primum, Novitios, sicut & reliquos Religiosos priuilegiis Religioni concessis gaudere, & in predicta suspensionis exceptione comprehendi, sicut docuerunt Rodri. d. §. 12. n. 6. Villal. claus. 12. n. 11. Nam esto, spatio verborum rigore Religiosi non sunt, sunt tamen secundum communem modum loquendi, qui maximè in favorabilibus attendi debet: c. Ex literis, el. 1. de spens. & leg. Liberas. §. Quod autem Cassy. ff. de leg. 3. & tradit. Nauar. c. 27. m. 255. Rebuff. præb. benef. it. de dispens. cum regul. pag. 422.

13. Secundum est, si Religiosus, vel facultatis Bullam suscipiat, ab illo profixa dubitatione gaudere poterit potestate abluendæ, & dispensandi Religiosi concessaque, sumpta Bulla, omnia priuilegia revalidantur: neque opus est, ut vterque Religiosus, & facultatis Bullam sumane: tatis esse videtur, si vnu ex illis suscipiat, & maximè Religiosus: nam ipsi priuilegio revalidato, consequenter facultati revalidatur, ut possit illo vti.

P Y N C T V M XI.

De aliis facultatibus, quæ in Bulla Cruciatæ Commissario conceduntur.

- Conceditur facultas taxandi elemosynam, quam sumentes Bullam debent erogare.
 - Conceditur facultas componendi super fructus amissos ob missam Horarum recitationem.
 - De potestate dispensandi in irregularitate.
 - Prodebet hæc potestas, tam pro foro conscientia, quam extenu.
 - Commissarius omnes irregularitates dispensat.
 - Quatuor tamen excipiuntur.
 - Datur facultas Commissario dispensandi in impedimento affinitatis ex fornicatione.
 - Sub quibus conditionibus hæc potestas concedatur.
 - Deinde habet potestatem Commissarius dispensandi insuperueniente dicto impedimento, ut debitum coniux impeditu petat.
 - Extenditur aliqui hanc potestatem ad impedimentum cognationis spiritualis. Sed rectius alij negant.
 - Nobilibus potest Commissarius concedere, ut per horam ante lucem, & post meridiem celebrent, vel celebrati faciant.
 - De obligatione quam habent omnes Episcopi, applicandis pœnas in subdium Cruciatæ.
1. **V**ltra facultatem superiori puncto explicatam suspensioni, & revalidanti Indulgencias, gratias, & facultates, conceditur Commissatio potestas taxandi elemosynam, quam erogare debent Bullam suscipientes, ut illis profite, ut constat ex verbis Bullæ ibi: *Y por quanto vos N. dignos reales de plata, que es la limosna, que auemos rafado y declarado, &c.*
2. Secundò, darur facultas eidem Commissario componenti cum his, qui ad restituitionem fructuum ex omissione Horarum canonistarum reveruntur, ita ut quantitas compositionis pro medicante Ecclesiæ, vel aliis locis p[ro]pt[er]is, quarum vel quorum ratione Horas prædictas recitare debent, & pro altera medietate in subventionem huius negotij derut. De qua facultate qualiter intelligatur, puncto vbi. vbi de Bulla compositionis agendum est.
3. Tertiò, similiter conceditur facultas dicto Commissario dispensandi, & componenti super irregularitate cum his, qui quibuscumque ecclesiasticis cenfusis ligari Millas, & diuina Officia (non tamen in contemptum clauium) celebrantur, seu alia se immiseruerunt, & super alia illis qualib[et] integraliter præterquam ratione homicidij voluntarij, aut simoniaci, ut apostasie à fide, aut de heresi, vel proprie malam Ordinum suscepionem contractam, cum retentio beneficiorum, & fructuum ex eis perceporum, & infamie, aut inhabilitatis exinde prouenientis abolitione, & executione Ordinum non male suscepiorum.

4. Circa